In dni iesu christi Redemptoris nri noie amen. Anno a nat. eiusdem millo quadringent. sexa-
gesimo quarto, indictione duodecima, die veneris octavo mensis Junij. padue. In contrata domi. et inhi-
tationis domo, infrascripti dni Lauri, presentibus excellentissimo iuris utriusque doctore dno Lauro de
palazolis, quondam dni Simonis de dicta contrata: probo viro, Armengino nigro de venetijs,
q. petri capite excubiarum seu custodum nocturnorum in padua, ac nicolao de placentia Jacobi
custode nocturno in padua testibus ad hec habitis commoratis et expresse rogatis. Cum sit
quod bartheus rato quondam francisci rato de contrata caxoni seu celle capanee padue
temporibus retroactis putare vellet super quibusdam venditionibus factis per paulum ratum eius
patruum in summa de campis sexdecim cum dimidio ac medio quarterio et tabullarum septua-
ginta quatuor de campo positis in contrata caxoni extra portam candelonge. In instrumento predicto
in fine huius instrumenti particulariter notatis quondam ser barthero marsango pelipario cum pa-
tano pro libris mille quingentis quadraginta nove et soldis nove parvorum, non computatis campis
duobus terre positis in contrata turris, de quibus solvit de livello soldos viginti quinque ex patri-
padvano, ut de dictis venditis instrumenta predicta constare dixerunt, prout instrumentis scriptis manu
ser barthei a statuis antiquioris notarij tunc viventis et ser aluisij eius filij notariorum patavorum
et dictos campos vellet adquirere, iure agnationis et parentelle: iuxta formam statuti pad.
a tenentibus et possidentibus eos, videlicet ab heredibus q. ser michaelis squara ferraroli civis patavi, cui
ser michael ipse q. ser bartheus vendiderat partem dictarum terrarum videlicet campos sex cum dimi-
dio medio quarterio et tabullis septuaginta quatuor de campo pro libris sexcentis viginti-
septem sol. dece, et Residuum dictorum camporum videlicet campos decem nicolao fabro de villa
campinogarie pro libris mille parvorum, qui nicolaus in contractu dedit et transtulit dictos
campos dicto q. ser michaeli pro dicto precio. Et dictus bartheus rato plurimum cupiens dictas
terras adquirere, sed non habens pecunias quas deponere posset super dicta putatione facienda nisi
per viam alicuius amici qui sibi mutuaret dictum precium, libras mille quingentas quadraginta nove sol.
nove den. parvorum. Et Rdo cap. et generoso dno Antonio barbadico quondam dni Gabrielis patricio
veneto de contrata sancti gervasij, emisse ad primum meminit ut de bonis quondam dicti ser barthei mar-
sangi, campos undecim terre positos in dictis contratis, qui fuerunt olim in bonis dicti francisci
rato et ipsius barthei eius filij predicti, et precium vendi dicto q. ser barthero. In duabus vicibus
ad officium deaconis comunis pad. venditos dicto dno Antonio, ad instantiam ser benedicti [illegible] capsore
ut factis ser petri mercato, et pauli de [illegible] notariorum tunc existentium ad dictum officium, de
comuni. et ipse bartheus rato requisiverit ipsum d. Antonium ut sibi fuiret aut mutuaret dictas
libras mille quingentas quadraginta nove sol. nove, et ita liberaliter et grato animo ipse d. Antonius
dictam quantitatem denariorum eidem barthero mutuavit, ea conditione et lege, ut in casu quo ipse
bartheus non posset ipsi dno Antonio dictas pecunias restituere, quod omnes et singuli campi super quibus
ipse bartheus habebat putare, et ipsos adquirere, essent specialiter obligati ipsi d. Antonio et non
alteri persone. Et quod ipsi campi intelligantur empti de dictis campis pecunijs dni Antonij mu-
tuatis. et ita ipse bartheus rato nomine suo dictas pecunias deposuerit seu deponi fece-
rit per ser lodovicum de palazolis eius precium. In Judicio penes egregium iuris doctorem dnm
Joannem [illegible] de porcilijs depositarium dictum ut in actis ser francisci pollentoni not. tunc sigilli
de appare, et agitatis pluribus superinde, et ea commissa eximio legum doctori dno danieli de
sala et post hec dictus d. daniel consultor predictus motus bono zelo reduxerit ad concordium dictum
bartheum ratum et heredes dicti q. ser michaelis squara, ut patent litteris et expensis, et res non dedu-
cantur in longum, cum sepe et sepius obveniant oppositiones super nullitate processus nec non appellationes
cum cause dubios pariant eventus. In hunc modum videlicet quod ipse bartheus daret et solvere deberet
ac exbursare heredibus dicti q. ser michaelis secundum precium quod intervenit in venditionibus predictis loco
factis de dictis campis, quod fuit de libris mille sexcentis viginti septem sol. dece. Et deinde
facto dicto concordio ipse bartheus putans [illegible] putatione facta et [illegible] mutuum sibi factum
per dictum d. Antonium posse habere pecunias depositatas, exceptis locis et bijs ex quibus postea ipsas
pecunias habere non potuit, et subsequenter non posset ipsas terras pro se retinere sed oportet ipsas
distrahere ut eis renunciare: habuerit quod dictus bartheus a prefato d. Antonio ultra dictas libras
1549 sol. nove deposit. ut supra: pro recuperatione predicta libras septuaginta octo soldum [illegible] ut
constare asserit in actis ser Joannis baptiste de vebino not. patavi sub die presenti occasione dicti
concordij pro dictis venditionibus factis pro maiori precio: quod fuit primum precium quod intervenit in primis ven-
ditionibus factis per dictum q. paulum. habuerit quod et dictus bartheus mutuo a dicto dno Antonio pro ex-
pensis factis in dicta causa, libras quinquaginta que omnes summe et quantitates denariorum
exbursatas et mutuatas ipsi barthero per ipsum d. Antonium ut supra ascendunt et capiunt libras mille
sexcentas septuaginta septem sol. decem den. parvorum prout in presentia testium infrascriptorum et mei not.
confessus fuit liberaliter et extra scia dictus bartheus omnia et singula predicta fuisse et esse vera
prout et ita asserit et affirmavit ipse d. Antonius. propterea dictus bartheus sua spontanea
voluntate, et ex certa scientia et non vi metu aut aliquo errore ductus, pro se et suos heredes et
A. per solennem stipulationem omni meliori modo [illegible] via forma causa et iure quibus melius et vali-
dius potuit et debuit, dedit tradidit transtulit cessit et Remisit prefato d. Antonio barba-
dico presenti stipulanti recipienti et acceptanti pro se et suis heredibus et successoribus terras omnes et singulas
ut supra adquisitas et in inferius contentas. que sunt et intelligantur esse [illegible] empte
et recuperate per ipsum bartheum de denariis dicti d. Antonii prout re vera fuerunt empte, licet nomine ipsius
barthei de novo confirmando dictas obligationes et ypothecas, tam legales quam conventionales. Ad
habendum tenendum possidendum et quicquid ipsi d. Antonio et suis heredibus deinceps perpetuo placuerit faciendum
sine molestatione et turbatione ac contradictione dicti barthei et cuiuscumque alterius persone cum omnibus
et singulis adiacentijs et pertinentijs superioribus interioribus et inferioribus suis usque in vias publicas
ac cum omnibus iuribus actionibus usu et requisitione ipsis pertinentibus terris ac ipsi bartheo in eis et pertinentibus
in integrum quomodocunque pertinentibus et pertinentibus. et hoc pro summa et quantitate predicta librarum
B. mille sexcentarum septuaginta septem sol. dece parvorum, [illegible] per ipsum bartheum ut supra ab ipso dno
Antonio cum quibus recuperavit et adquisivit dictas terras, quem bartheum ipse d. Antonius solemni
stipulatione absolvit et liberavit de dicta quantitate denariorum mutuatorum, occasione remissionis dictarum
terrarum. Constituens quod dictus bartheus rato se nomine dicti d. Antonii dictas terras possidere
donec tenutam et corporalem possessionem fuit adeptus, quia accipiendi et retinendi sua auctoritate propria
deinceps sibi licentiam contulit omnimodam. Constituens quod et ipsum dnm Antonium ponens ut in re sua
posuit quod [illegible] in loco ius statu et esse suum, predicto Ita quod decetero actionibus utilibus et directis
realibus et personalibus mixtis et ypothecariis tacitis et expressis legalibus et conventionalibus ac alijs quibus
et condictionibus cuiuscumque possit et valeat agere experiri excipere defendere consequi et se tueri, ac omnia
et singula facere in omnibus et per omnia quemadmodum facere poterat et potuisset dictus bartheus ante
presentem contractum. Dicens et affirmans dictus bartheus dictas terras, toto nec ipse nulli alij de-
disse vendidisse cessisse remisisse aut alteri obligasse nisi nunc dicto d. Antonio libere modo in presenti contractu
descripto remisisse et tradidisse et si secus factum esse comperietur ipsum d. Antonium et eius heredes et successores
indemnes conservare promisit. Et predicta remissione cessione traditione et omnia et singula in presenti contractu con-
tenta dictus bartheus solemni stipulatione promisit prefato d. Antonio stipulanti pro se et suis heredibus semper firma rata
grata et valida habere tenere attendere et observare et non contrafacere nec venire contra et opponere [illegible]
movere nec moventi consentire aliqua ratione et causa palam vel occulte de iure nec de facto. Sub pena
tertie centum den. parvorum et refectionis omnium damnorum interesse et expensarum litis et extra litem stipulatione promissa totiens
[illegible] commissa et cum effectu exigenda quotiens in aliquo predictorum fuerit contrafactum et pena soluta vel non attamen predictis
firmis [illegible] ipsi d. Antonio stipulanti [illegible] omnibus et singulis melius attendendis et observandis dictus bartho-
lomeus [illegible] pro se et suos heredes dictas et infrascriptas
petias terrarum et omnia sua bona mobilia et inmobilia iura et actiones presentia et futura et ea que in generali
obligatione non veniunt. Constituens se ea bona precario nomine possidere. Et ad conmemorandum ad executionem
forbanum et tenutam de suis bonis accipiendum usque ad integram satisfactionem omnium predictorum padue veneti
vincentie feltrie mantue et generaliter ubique locorum et terrarum. Renuntians ferijs diebus feriatis statutis
ordinibus et reformationibus consiliorum comunis pad. veneti et cuiuscumque alterius loci factis et faciendis in contrarium
promissorum omni quod remedio appellationum supplicationum et nullitatis et prout instrumentum et contractus in eo descriptus
habeat et intelligatur confectus et confectum ac si esset factus et factum in inclita Venetiarum civitate
et secundum mores et ritum dicte civitatis per pactum expressum et stipulationem solemni inter dictas partes roboratum.

C. Pecie et terre de quibus supra extat mencio facta. Primo campi dece terre aratorie plantate vitibus et arbor.
positi contrata celle veteris capanee pad. In contrata del caxon cohered. a duabus partibus via comunis a duabus alijs
partibus iura monasterij celle veteris, ut patet de precio instrumento manu ser Antonii de noneta publici not. padue sub
libre mille [illegible] 1458. die XI mensis Junij. Item Campus medius et tabulle septuaginta quatuor
de campo terre arat. et plantate vitibus et arbor: positis in contrata celle veteris capanee padue in
contrata del caxon cohered. ab una parte [illegible] ab alia cap. [illegible] d. patavi de buzachareno ab
alia iura monasterij celle veteris ab alia precio libre LXV. ut constare de Jnstrumento dicti
ser [illegible] not. sub 1458 die quarto maij. Item Campi quinque cum dimidio et medio quarterio de campo terre
arat. plant. vitibus et arbor. positis in ut supra cohered. ab una parte a duabus partibus
ab uno capite dictus d. patav. ab alio via comunis ut apparet de instrumento
[illegible] ser Antonii de noneta sub die [illegible] XX. octobris 1458. et sortis alie sunt coherentes precio [illegible]



Ego Simonis de terzulina natus ser Jacobi civis et habitans padue In contrata sancti
leonardi publicus imperiali auctoritate notarius Judex ordinarius nec non notarius ad officium camere [illegible] comunis
padue predictis affui et rogatus ea omnia fideliter in publicam formam scripsi et roboravi.